Quelle: http://manuscripta.at/?ID=42092
Copyright: Bozen/Bolzano, Museumsverein (Depot im Stadtmuseum)

tuus uenit. sedens sup pullũ asine. Hec non cognouerũt
discipli eius pmũ. sz quando glificatus ē ihs. Tunc recorda
ti sunt qa hec erant scripta de eo. et hec fecerunt ei. Testi
moniũ ergo phibebat turba q erat cũ eo qndo lazarũ uoca
uit de monumento. et suscitauit eũ a mortuis. Pp hoc
et obuiã uenit ei turba. qa audierũt eũ hoc sig num
fecisse. Phariseĩ ergo dixerunt ad semetipos. Videtis quia
nihil pficimus. Ecce mundus totus post eũ abit. Erant aũ
gentiles quidã ex his qui ascendant. ut adorarent in die
festo. Hi ergo accesserũt ad philippũ. qui erat a bethsaida
galilee. et rogabant eũ dicentes. Dne. uolumus ihm uidere. Ve
nit philippus. et dicit andree. Andreas rursũ et philippus.
dixerũt ihu. Ihs aũ respondit eis dicens. Venit hora. ut cla
rificetur filius hõis. Amẽ amẽ dico uobis. nisi grnũ frumẽti ca
dens ĩ terram mortuũ fuerit. ipsũ solũ manet. Si aũ mortuũ
fuerit. multũ fructũ affert. Qui amat animã suã. pdet eam.
Et qui odit aiam suã in hoc mundo. ĩ uitã eternã custodit eã.
Si quis mi ministrat. me sequatur. Et ubi sum ego. illic
et minister meus erit. Si quis mi ministrauerit. honorifi
cabit eũ pater meus. Nunc autẽ anima mea turbata ē.
et quid dicam. Pater. saluifica me ex hora hac. Sz pp hoc
ueni in horam hanc. Pater. clarifica nom tuũ. Venit ergo
uox de celo. et clarificaui. et iterũ clarificabo. Turba ergo q
stabat et audierat. dicebat tonitruũ factũ esse. Alii aũ di
cebant. angelus ei loqutus ē. Respondit ihs 7 dixit. Non pp me
uox hec uenit. sz pp uos. Nunc iudicium ē mundi. nunc
pnceps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fue